

Seconda declinazione

Nomi maschili e femminili in -us

A) Esercizio di traduzione dal latino

[1] Lupus latet in silva. [2] Agricola lupi ferociam timet. [3] Lupi agnos devorant. [4] Etiam cervus luporum ferociam timet. [5] Agricolae servi lupum acutis sagittis necabunt. [6] Acutae servorum sagittae lupum necabunt. [7] Dominus convivas per servos et ancillas ad mensam invitat. [8] Amici propter domini morbum ad cenam non venient. [9] Medici scientia dominorum morbos sanabunt. [10] Medici scientia etiam servorum morbos sanabit.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

[1] L'agnello pascola presso la riva del ruscello. [2] Al di là del ruscello pascolavano caprette e agnelli. [3] Vedevamo caprette e agnelli davanti alla villa presso il ruscello. [4] La ferocia del lupo atterrisce l'agnello. [5] Gli agnelli temono la ferocia dei lupi. [6] Il vento agitava i rami del pioppo. [7] Tra i rami del pioppo c'era un nido di corvo. [8] Il popolo conoscerà la notizia della vittoria per mezzo del messaggero. [9] La vita senza amici non è piacevole. [10] Tra gli amici regneranno sempre la concordia e la benevolenza.

20. Columba et formica

Apud rivi ripam columba albas pennas lavat, cum videt in aqua parvam formicam. Misera formica frustra enatare et aquae vehementiam vincere temptat. Tunc columba, misericordiā mota,¹ herbae calamum secatur et formicae praebet; ita formica ad calamum adhaerescit et e rivo evadit. Paulo post columbam bubulcus videt, statimque acutam sagittam e pharetra extrahit, quia columbam bonam praedam putat. Sed formica, columbae grata, bubulco talum mordet: bubulcus fortiter clamat, columba avolat, sagitta per auram sibilat sed innocua cadit.

¹ misericordiā mota: «mossa», «spinta dalla compassione».

21. L'Egitto è un dono del Nilo

L'Egitto è una regione (*terra, -ae, f.*) dell'Africa, grande ma arida. Solo presso le rive del Nilo c'è la vita; senza il fiume, invece, la mancanza d'acqua rende arida la terra. Nelle acque del Nilo vivono coccodrilli e ippopotami, e presso le rive crescono palme e papiri. Anche gli abitanti dell'Egitto popolano soltanto le terre presso il Nilo; perciò Erodoto chiamava l'Egitto un dono (= *donum*) del Nilo e gli Egiziani consideravano il Nilo un dio. Quando le acque del Nilo traboccano, ricoprono l'Egitto di una terra feconda, il limo. A causa del limo, nell'Egitto vi è sempre una grande abbondanza di frumento (= *frumenti*).

Nomi maschili in -er e in -ir

A) Esercizio di traduzione dal latino

① Puer cum amico ludit. ② Pueri cum amicis libenter ludunt. ③ Viri puerorum iocos non semper probabunt. ④ Pueri diligentia viri benevolentiam obtinebit. ⑤ Pueri diligentia virorum benevolentiam obtinebunt. ⑥ Aper agrum vastabat. ⑦ Pueri aprorum ferociam valde timebunt. ⑧ Apri ferocia pueros terret. ⑨ Apri ferocia viros non terrebunt. ⑩ Viri apros non timebunt, sed acutis sagittis necabunt.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

① Il fanciullo mostra rispetto al maestro. ② Il rispetto del fanciullo sarà gradito al maestro. ③ I fanciulli, col rispetto, otterranno la benevolenza dei maestri. ④ O fanciulli, dovete mostrare rispetto verso i maestri. ⑤ I fanciulli mostreranno rispetto verso i maestri, i maestri benevolenza verso i fanciulli. ⑥ Il triumviro preparava le truppe contro le minacce dei Galli. ⑦ Le minacce dei Galli atterrivano gli abitanti di Roma, ma non i triumviri. ⑧ Le truppe del triumviro frenarono l'audacia dei Galli. ⑨ Il gioco rallegra uomini e fanciulli. ⑩ Nel gioco trovano gioia uomini e fanciulli.

22. De Romanorum servis

Etiam magna servorum copia Romam incolebat. Romanorum servi ex barbaris aut captivis proveniebant. Etiam servorum et ancillarum liberi servi erant. Domini servos ad agrorum operas adhibebant; ancillae autem cibos parabant, aquam amphoris hauriebant, matronarum comas pectebant aut in domesticas operas incumbebant. Nonnumquam servi medici aut ludi magistri² erant, ideoque morbos curabant aut pueros litteras docebant.³ Ser-

vorum liberi saepe cum dominorum liberis ludebant; nam domini servos (fere) semper magna cum indulgentia tractabant. Nonnumquam domini ob iracundiam servorum negligentiam grávitèr puniebant, etiam parvis culpis; si autem servi magnam diligentiam praebebant, libertatem⁴ obtinebant; tum servi liberti evadebant.⁵

¹ **captivis**: «prigionieri di guerra». ² **ludi magistri**: «maestri di scuola». ³ **pueros... docebant**: «insegnavano... ai fanciulli». *Docēre* regge l'accusativo della persona a cui si insegna (*pueros*) e della cosa insegnata (*litteras*). ⁴ **libertatem**: «la libertà», compl. oggetto. ⁵ **evadebant**: «diventavano».

23. Il pastorello negligente

Un uomo possedeva un campo; nel campo cresceva molta e tenera erba e scorreva l'acqua fresca di un ruscello. Un fanciullo ogni giorno (= *cotidie*) conduceva nel campo gli agnelli del padrone, ma non (li) pascolava con diligenza; infatti spesso giocava con gli amici, o cercava i nidi tra i rami, o dormiva all'ombra dei pioppi. Una volta però arriva un lupo e sbrana gli agnelli. Il fanciullo grida e invoca aiuto (= *auxilium*); gli agricoltori accorrono e scacciano il lupo, ma non salvano gli agnelli; allora il padrone biasima aspramente il fanciullo per la negligenza e (lo) scaccia dal campo.

Nomi neutri in -um

A) Esercizio di traduzione dal latino

[1] Bellum agros vastat. [2] Agricolae bellum timent. [3] Belli sonus agricolas terret. [4] Bella agros vastabunt. [5] Tribunus bellum contra Gallorum minas parabit. [6] Livia amicae donum mittit. [7] Liviae donum amicam valde delectat. [8] Amicae Liviae dona valde probabunt. [9] In templo Neptuni simulacrum erat. [10] Deorum simulacra Graiugenum templa exornabant.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

[1] La guerra spaventa uomini e donne, fanciulli e fanciulle. [2] Gli abitanti dell'Italia temono la ferocia della guerra. [3] Le guerre non porteranno gioia e ricchezza, ma lacrime e miseria (*inopia*, -ae, f.). [4] Marco manderà un dono agli amici. [5] Gli amici apprezzeranno il dono di Marco. [6] Apprezziamo grandemente i doni degli amici. [7] Il dono di un amico è segno di benevolenza. [8] Gli amici mostrano la (loro) benevolenza con i doni. [9] Perché (= *Cur*), o Marco, disprezzi i doni degli amici? [10] L'Egitto è un dono del Nilo.

Particolarità della seconda declinazione

A) Esercizio di traduzione dal latino

① Gai Mari audacia Romanorum copias servabit. ② Serva, Gai Mari, Romanorum copias! ③ Gai Mari victoriae Italiae oppida liberabunt. ④ Tiberi consilia patriciorum arrogantiae obstabant. ⑤ Obstate, Tiberi atque Gai, patriciorum consiliis! ⑥ Sacrilegi deum iracundiam non timent. ⑦ Deum iracundia sacrilegos puniet. ⑧ Protège, mi bone Deus, triumvirum copias in periculis! ⑨ Avari magnam sestertium copiam in arcis servant. ⑩ Magna sestertium copia avarorum animos non satiabunt.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

① La diligenza di Publio salverà la città. ② Salva, o Publio, con la tua diligenza, la città! ③ Le truppe dei triumviri assediavano la città. ④ Le truppe di Publio e Valerio combattevano contro le truppe dei triumviri. ⑤ Combattetevi valorosamente, o Publio e Valerio, contro le truppe dei triumviri! ⑥ O Fabio, con la (tua) prudenza, salva i Romani! ⑦ Le truppe ausiliarie di Fabio frenarono l'audacia dei triumviri. ⑧ Nello scrigno del poeta non c'è abbondanza di sesterzi. ⑨ Non l'abbondanza di sesterzi, ma la concordia e l'amicizia daranno le vere gioie. ⑩ Allontana, o mio buon Dio, i pericoli delle guerre!

24. Musca et asinus

Musca in aselli dorso consistit et iumentum acriter increpat: "Propera! Nisi acceleras, aculeum adhibebo et ad sollertiam te cogam". Sed protervae minae asellum non perturbant, iumentum autem sic respondet: "Muscarum aculei asinis nugae sunt; non muscarum aculeos, enim, sed dominorum plagas aurigarumque scuticas asini valde timent. Proinde acquiesce, et superbiam insolentiamque compesce!"

¹ te: «ti», «te» (compl. oggetto). ² protervae: genitivo, sottint. *muscae*. ³ asinis: «per gli asini», dativo di interesse.

25. Saturnus

Saturnus Romanorum deus erat, oppidumque magna cum benevolentia regebat ac protegebat. Sed poetae de Saturno miram fabulam componebant atque sic narrabant: "Olim filius Iuppiter Saturnum, deum dominum, regno expellit; tum Saturnus ex Olympo in Italiam venit, ibique Latinorum regnum obtinet. Sub Saturnum inter paeninsulae incolas concordia atque benevolen-

tia vigeant, quia Saturnus regni fundamentum in iustitia ac temperantia ponebat". Ideo Romani Saturni regnum etiam nunc grata memoria celebrant, semperque celebrabunt; appellant "aureum" Saturni aevum, et "Saturniam" Italiae terram; Romae incolae, denique, quotannis ludis iocisque Saturnalia² celebrant.

¹ **Iuppiter**: «Giove», soggetto. ² **Saturnalia**: «Saturnali», feste in onore di Saturno che avevano inizio il 17 dicembre e duravano sette giorni; il primo giorno aveva carattere religioso, gli altri erano giorni destinati ai banchetti e alla baldoria.

26. Qui invēnit amicum...

Apud amicos vita iucunda, sine amicis autem acerba est. Amici amicorum gaudia probant, aerumnas cohībent, in maestitia aut in morbis solacium, in periculis auxilium consiliumque praebent; ideo amicitiam praesidium vitae putamus. Amicos caute eligite, pueri, bonasque amicitias a malis¹ distinguite, sed post experimentum² amicos diligite et honorate. Amicis auxilium praebete, amicorumque consilia laudate ac probate. Amicitiae virus invidia est, benevolentiae exitium, ideoque amicos sine invidia frequentate, si amicitias diuturnas servare desideratis. Antiquitus nonnumquam amici vitam pro amicis immolabant, poetae praeterea amicitiam deum donum existimabant; recte ergo, ut in proverbio est,³ qui⁴ invēnit amicum thesaurum invēnit.

¹ **a malis**: sottint. *amicitiis*, «da quelle cattive». ² **post experimentum**: «dopo averne fatto la prova». ³ **ut... est**: «come dice il proverbio». ⁴ **qui**: «chi», «colui che».

27. De nundinis

Matrona deambulat cum liberis et ancillis: hodie feriae scholarum¹ sunt, ideoque etiam Gaius et Lycia oppidi vias laete percurrunt nundinasque frequentant. Ancillae sportas et sacculos cum nummis gerunt, pueruli observant cibaria in canistris, merulas et alaudas in caveis, crepundia² et munuscula in pluteis. Nundinae in foro sunt, forum tabernae circumdant. Hic salsamentarius pernas et lucanicas uncis suspendit, illic³ piscarius tructos et sardas, rhombos et soleas aqua aspergit, et pomarius brassicas, lactucas ovorumque cistas cum diligentia disponit. Domina accedit ad tabernam; tabernarius agnos et gallinas, cuniculos ac turdorum lineas ostentat. Dum matrona cibos emit, Gaius et Lycia discedunt: in compito funambulorum spectaculum est, et viri feminaeque undique accurrunt. Post impensam, vix mater familias liberos in turba repērit.

¹ **feriae scholarum**: «vacanza» (scolastica). ² **crepundia**: «sonagli», più genericamente «giocattoli». ³ **Hic... illic**: «Qui... là».

28. I poeti

I poeti anticamente cantavano la gloria degli dèi, le ricchezze della terra, i pericoli del mare, gli accampamenti e le armi, le battaglie e le vittorie. Nei libri sulla natura (= *de rerum natura*) cantavano le selve e le fiere, ma anche i campi e le vigne, il frumento e i granai, o i benefici dell'agricoltura. I poeti non celebravano soltanto le vittorie dei Danai, ma anche la gloria della sapienza e l'obbedienza dei figli, o l'arroganza dei triumviri e l'insolenza dei decemviri. Leggeremo volentieri soprattutto i libri di Orazio, di Lucrezio e di Virgilio.

Aggettivi della prima classe**A) Declina le seguenti espressioni**

Venusta puella (la graziosa fanciulla) *ancilla sedula* (l'ancella laboriosa)
poeta Graecus (il poeta greco) *poeta clarus* (il poeta famoso) *agricola*
sedulus (l'agricoltore laborioso) *populus procera* (il pioppo alto) *platanus*
umbrosa (il platano ombroso) *mendicus lacer* (il mendicante lacero) *puer*
piger (il fanciullo pigro) *conviva satur* (il convitato sazio) *aper saevus* (il
cinghiale feroce) *templum sacrum* (il tempio sacro) *bellum funestum* (la
guerra funesta) *vulgus indoctum* (il volgo ignorante; solo al sing.) *pelāgus*
procellosum (il mare burrascoso; solo al sing.).

29. Graecia

Graecia terra est non admōdum fecunda, sed splendida ob claram locorum memoriam et incolarum industriam. Antiqui Graeci agricolae seduli aut nautae periti erant; innumeros deos colebant ac timebant, deorumque iras multis victimis placabant. In Peloponneso sunt latae silvae, in Attica mira oliveta: nam olea deae Minervae sacra erat. In Peloponneso situm est Lacedaemoniorum oppidum, in Attica autem clarae sunt Athenae, ornatae templis marmoreis et pretiosis deorum simulacris. Athenarum incolae divitias etiam agricultura et mercatura comparabant, sed poetae Athenas sapientiae domicilium et litterarum patriam appellant.

30. Neptunus (I)

Inter deos Neptunus, Saturni et Rheae filius, aquarum imperium habebat. Itaque dominus ac patronus erat non solum pelāgi, sed etiam fluviorum, rivorum, stagnorum atque lacunarum; sed praecipuum dei regnum pelāgus amplum ac profundum erat. Antiqui Neptuni domicilium in caeruleo pa-

latio collocabant, splendidis gemmis exornato. Inde¹ dominus Oceani movebat, et immensa spatia carro peragrabat. Rapidum dei carrum equi marini trahebant; equorum iubae caeruleae, ungulae aeneae, oculi feri erant. Deus coronam regiam gerebat; sinistrā tenebat habenas, dexterā non sceptrum, sed fuscinam, signum imperii.

¹ **Itaque:** «Pertanto», da non confondere con la parola omografa corrispondente a *et + ita*.

² **Inde:** «Di lì».

31. Neptunus (II)

Neptuni animus non tranquillus, sed semper varius erat: modo iracundus, modo¹ serenus, subitas procellas in pelāgo suscitabat aut sedabat; saepe etiam terram fuscina quassabat, insulasque inter undas excitabat aut dissolvebat. Inter beluas Neptuno dicati erant equus et delphinus, inter plantas pinus. Multa loca,² praesertim maritima, in Neptuni tutela erant: ut Corinthus, Rhodus et insulae Aegaei. Graeci et Romani pelāgi deo templa et aras plerumque in promunturiis et oris maritimis aedificabant, statuas autem praecipue in stadio et circo collocabant, ubi rapidi equi certabant; in sacrificiis autem Neptuno praesertim robustos tauros immolabant.

¹ **modo... modo:** «ora... ora». ² **loca:** osserva il plurale neutro di *locus*, -i; il maschile significherebbe «passi» di un libro.

32. De Scytharum institutis

Antiquorum Scytharum instituta insueta erant; nam loca deserta et inculta cum magnis armentis peragrabant, neque agriculturam exercebant aut sub tectis habitabant. Viri feminas et liberos in plaustis vehebant; nam domicilia perpetua¹ non habebant, sed plaustra, beluarum coriis tecta,² contra caeli³ inclementiam adhibebant. Nam Scythiae caelum asperum est, sed tamen antiquitus incolae tunicas nec laneas nec linteas induebant: solum ferarum coria tegumentum membris praebebant. Scythae, strenui in bello, patriae solum armis contra externorum populorum minas defendebant. Iustitiam religiose⁴ observabant, etiam sine scriptis aut decretis, et furtum apud Scythas praecipuum flagitium erat. Nec aurum nec argentum aut alienas divitias exoptabant; imperiti deliciarum,⁵ feram et asperam vitam in liberis agris agebant.

¹ **perpetua:** «stabili», «fisse». ² **coriis tecta:** «coperti di (delle) pelli». ³ **caeli:** «clima».

⁴ **religiose:** «scrupolosamente». ⁵ **imperiti deliciarum:** «non avvezzi alle delizie».

33. De Lacedaemoniorum disciplina

Sparta clarum Lacedaemoniorum oppidum erat, situm in Peloponneso. Lacedaemonii in oppido habitabant; Hilotae autem, Lacedaemoniorum servi, in agris. Hilotae agros colebant, Lacedaemonii contra nec agriculturae

nec mercaturae incumbabant, sed solum armorum exercitio. Parva et modesta tecta aedificabant, litteras ac divitias spernebant, duram castrorum vitam probabant, bella non timebant. Nec solum viri vitam asperam ducebant, sed etiam pueri. Lacedaemonii enim liberos severa disciplina usque a prima pueritia¹ educabant. Pueri numquam in otio erant; paulum litterarum studiis incumbabant, multum autem ludis gymniciis et armis: ita pericula et incommoda suscipere discebant. Ob duram virorum ac puerorum disciplinam Lacedaemonii adversariorum copias fere semper² vincebant.

¹ usque a prima pueritia: «fin dalla più tenera infanzia». ² fere semper: «quasi sempre».

34. Gli Etruschi

Gli Etruschi abitavano l'Italia prima dei Romani. (Essi) occupavano le terre tra l'Appennino e le coste tirreniche; qui (= *hic*) la terra è feconda e produce grande quantità di frumento e di vino, mentre (= *autem*, posposto) l'isola d'Elba è nota per le miniere di ferro. Gli Etruschi, inoltre, accrescevano le ricchezze col commercio. La lingua degli Etruschi è oscura: infatti conosciamo le lettere, ma comprendiamo poco le parole. Se però non conosciamo la lingua, i monumenti illustrano la vita degli Etruschi: infatti le meravigliose pitture dei sepolcri mostrano i conviti, i giochi, gli spettacoli, i sacrifici degli abitanti dell'Etruria.

35. Saggi consigli

Evitate il male, o fanciulli, perché il male conduce al vizio, e innumerevoli e funesti sono i vizi degli uomini. I principali vizi sono l'avarizia, l'ira, l'invidia e la superbia. L'avarizia rende gli uomini avidi e desiderosi di ricchezze, l'ira spesso suscita grandi guerre tra i popoli, l'invidia è il veleno dell'amicizia. La superbia, infine, offende la natura umana e divide famiglie e popoli. Amate perciò la giustizia e l'operosità, ubbidite ai consigli degli uomini onesti, leggete e imparate gli esempi dei buoni, rendete famosa la patria con la gloria del vostro ingegno.

Aggettivi pronominali

A) Esercizio di traduzione dal latino

[1] Totius mundi divitiae avarorum animos non satiabunt. [2] Roma toti mundo imperitabat. [3] Saepe unus viri prudentia innumeras copias servabat. [4] Innumerae copiae uni viro vitam debebant. [5] Nullius discipuli diligentia magistro incognita est. [6] Nulli discipulo magistri scientia incognita erit. [7] Nulli puero, nulli puellae pericula grata erunt.

[8] Nullius viri indocti consilia probabimus. [9] Nullius pueri animus omnino malus est. [10] Graeci et Romani non uni Deo, sed innumeris deis templa dicabant.

B) Esercizio di traduzione dall'Italiano

[1] Filippo otteneva il comando di tutta la Grecia. [2] Le città di tutta la Grecia ubbidiranno al solo Filippo. [3] I poeti celebrano i luoghi ameni di tutta l'Italia. [4] Le città di tutta la Sicilia erano soggette a un solo tiranno. [5] I Romani dedicavano una statua a una sola donna: a Clelia. [6] I Greci non approvavano il dominio di un solo uomo. [7] Gli abitanti di tutta l'isola combatteranno contro i barbari. [8] Nel tempio c'era la statua della sola dea Minerva. [9] La negligenza (non) sarà causa di nessun bene. [10] (Non) ubbidiremo volentieri a nessun tiranno.

36. Cucurbita et pinus

Sub proceram latamque pinum parva cucurbita erat; cucurbita autem ob diuturnas pluvias celeriter crescebat tenerosque cauliculos protendebat. Mox ad pinum adhaerescit, totius plantae ramos involvit, magnaue cum superbia ampla folia et crassa poma ostentat. Postremo pinum cum arrogantia compellat: "Incrementum tuum lentum, meum autem rapidum est, et mox te¹ statura exsuperabo; ergo posthac magnam reverentiam mihi² debebis!". Sed superba cucurbitae verba placidam pinum non perturbant: nam ut cucurbitae superbia et arrogantia, ita³ pini sapientia excellunt; ideo sic placide respondet: "Pinorum statura multorum saeculorum, cucurbitarum autem unius anni vitam indicat; pini multos annos cum nimbis pugnant, vernas cucurbitas mox aestiva canicula aut primus autumnus ventus siccabit; ergo rapidum tuum incrementum recuso, meumque lentum magis probo".

¹ te: «ti», «te» (compl. oggetto). ² mihi: «mi», «a me» (compl. di termine). ³ ut... ita: «come... così».

37. In silva totius naturae vita palpitat

Marcus obscuras semitas silvae solius peragravit et multas bestiolas operis intentas observavit. Formicae ponderosa frumenti grana aut aristarum culmos in angustis terrae rimas condunt; sciuri inter castanearum ramos saltant; aut maturos nucum ^{cum digne} nucleos¹ comedunt; cicadae super amplis fagis canunt; merulae et alaudae per auras volant cibumque² pullis parva insecta gerunt; interea folia venti sibilo murmurant. Puer papiliunculos alis variis³ obstupefactus observat, aut lacertas sopitas super fervidas petras rapidasque tructorum fugas in rivo, cum interea⁴ ex trunci cavo impiger fiber apparet. Ergo Marcus solus non est; nam in silva totius naturae vita palpitat.

¹ nucum nucleos: «gherigli». ² cibumque: «e come cibo», predicativo dell'oggetto. ³ alis

variis: «dalle ali variopinte», compl. di qualità. ¹ cum interea: «mentre frattanto».

38. Gli dèi presso gli antichi

Numerosi erano gli dèi presso i popoli antichi. I Greci e i Romani sacrificavano vittime sull'altare non di un solo dio, ma di molti dèi, agli dèi Superi e agli dèi Inferi. I Greci in particolare costruivano splendidi templi nelle città di tutta la Grecia e nelle colonie. Gli abitanti di Atene, domicilio delle lettere e patria della filosofia, onoravano specialmente Minerva, dea della sapienza, e i Romani Nettuno, figlio di Saturno e di Rea, padrone di tutto il mare. Durante gli splendidi giochi del circo i Romani sacrificavano a Nettuno dei tori e concedevano riposo ai cavalli e alle cavalle. I Greci però non offrivano vittime alla sola dea Minerva, né i Romani al solo dio Nettuno, ma anche a molti altri dèi.

Perfetto indicativo¹

A) Traduzione di forme dal latino

Fui fuit fuerunt fuimus fuisti laudavi laudavistis laudavit
laudavimus laudavisti monui monuerunt monuit monuistis
monuisti legi legimus legisti legerunt legit audivi audivistis
audivit audiverunt audivimus vici vicimus vicerunt vicisti
vicistis vixi vixit vixistis vixisti vixerunt vinxi vinximus
vinxerunt vinxit vinxistis.

¹ Nel tradurre, ricorda che il perfetto indicativo latino rende i significati di passato remoto, di passato prossimo e di trapassato remoto. Ricorda pure che nelle pagine dedicate agli autori troverai spesso la terza persona plurale del perfetto uscente in *-ēre* (*fuēre, laudavēre, monuēre, audivēre, ecc.*), da non confondere con l'infinito presente, che ha un tema diverso.

B) Traduzione di forme dall'italiano

Fui foste è stato sono stati fosti stato fummo stati lodai lodò
abbiamo lodato hai lodato ebbero lodato avesti lodato ammonii
ammonì avete ammonito hai ammonito avemmo ammonito ebbero
ammonito lessi leggemmo ha letto hanno letto aveste letto avesti
letto udii udi hai udito avete udito aveste udito avesti udito vinsi
vincente hai vinto hanno vinto avemmo vinto avesti vinto vissi
vivemmo è vissuto sono vissuti fosti vissuto foste vissuti legai legò
abbiamo legato hai legato ebbero legato avesti legato.

39. Tuscia (I)

Inter Apenninum et pelāgus iacet 'Tuscia. Etrusci, obscurus¹ Asiae populus, in Italia clara oppida aedificaverunt muris lapideis, indigenasque adhuc asperos et feros excoluerunt. Romani postea Tusciam occupaverunt, ibique patria instituta et linguam Latinam propagaverunt. In Tuscia densae silvae, agri et horti frugiferi, fecunda vineta sunt. In apricis clivis frondent oleae argenteae et atrae cupressi crescunt. Amplae et sumptuosae villae quietia otia dominis praebent; in rusticis casis habitant seduli agricolae, et in oppidis pagisque periti fabri. Multa et varia sunt etiam soli dona: Ilva, insula proxima Tusciae, copiosas ferri venas abdit.

¹ **obscurus**: «misterioso»; infatti il problema dell'origine degli Etruschi, che sembra provenissero dalla Lidia, in realtà non è ancora stato risolto.

40. Tuscia (II)

Pulchra et clara sunt Tusciae oppida. In ripis fluvii Arni est Florentia, innumerorum poetarum et clarorum virorum patria. Florentia semper clarum oppidum fuit litterarum studio et scientia, Italiaeque famam apud populos externos nobilitavit. Splendida templa, decora aedificia publica et privata Florentiae vias exornant. In amoenis hortis floreae areolae multorum incolarum¹ oculos animosque recreant. Pisae, apud Arni ostium, olim nautarum oppidum et praesidium contra piratarum rapinas, Arretium, Cortona, Volaterrae, Sena, Luca sunt alia clara Tusciae oppida. Ubique apparent monumenta antiquae gloriae et signa hodiernae industriae.

¹ **multorum incolarum**: dipendente da *oculos animosque*.

41. Mercurius

Antiqui poetae dixerunt Mercurium, filium domini Olympi et Maiaie, deum astutiae et eloquii. Parvulus¹ dolo deum Phoebum armento privavit² et furtum callide occultavit; Phoebi minae puerum non terruerunt, nec Phoebus iuencas recuperavit. Immo novo dolo Mercurius Phoebum etiam pharetra et sagittis³ spoliavit. Postremo primam lyram testudine⁴ aedificavit et Phoebus pro iuencis⁵ donavit. Mercurius erat etiam nuntius deorum. Aptabat ad talos calceamenta alata et terram pelagusque celeriter peragrabat; sic Superiorum imperia viris,⁶ virorum vota et desideria Superis apportabat. Petāsum gerebat et caducēum, virgam auream, dexterā tenebat; caduceo somnum donabat aut arcebat et animas ad Inferos ducebat. Praeterea praesidebat mercaturae, eloquentiae variisque virorum negotiis; ideo viarum quoque et alearum ludi patronus erat.

¹ **Parvulus**: «Da piccolino», sottint. *Mercurius*. ² **armento privavit**: «derubò dell'armento», complemento di privazione. ³ **pharetra et sagittis**: compl. di privazione. ⁴ **testudine**: «col

guscio di una tartaruga». ⁵ *pro iuvenis*: «in cambio delle giovenche». ⁶ *Superor im... viris*: sottint. *apportabat*.

42. Theseus

Atticam antiquitus innumera monstra infestabant et piratae vexabant. Postea Theseus, Aegaei filius, Atticam a monstribus liberavit tutamque a piratarum insidiis reddidit.¹ Deinde studuit necare Minotaurum, monstrum saevum et horrendum. Nam Athenarum incolae, imperio tyranni Cretae, quotannis septenos pueros totidemque puellas praedam monstro ad Cretam mittere debebant. Minotaurus degebat in Labyrintho, aedificio implexis maeandris; multae viae ducebant per Labyrinthum, sed erat arduum ad medium pervenire et etiam magis arduum excedere inde. Sed Ariadna, tyranni filia, Thesei amore incensa,² fili auxilium praebebat. Theseus filum explicavit et vias signavit; itaque, postquam Minotaurum necavit, fili auxilio innumeros maeandros iterum percurrit et integer e Labyrintho evasit.

¹ *tutamque... reddidit*: «e la rese sicura...». ² *Thesei amore incensa*: «innamoratasi di Teseo».

43. Orpheus

Orpheus, poeta lirae sono clarus,¹ etiam beluas mollebat, etiam saxa movebat. Cum Orpheo vitam beate sponsa agebat, venusta nymphea Eurydice.² Sed olim sponsam vipera momordit et necavit. Tum Orpheus, in magna maestitia, Proserpinae animum, Inferorum reginam, commovere temptavit et sic sponsam ad vivos reducere. Ad Inferos descendit, ad Proserpinae solium accessit et lyra suaviter cecinit.³ Mortuorum umbrae undique accurrunt, horridum monstrum Cerberus tacet, cessant damnatorum supplicia.⁴ Tandem Orpheus etiam Proserpinae animum commovet et regina poetae vota exaudit: Eurydice ad vivos remeabit, sed in via maritus feminam respicere⁵ non debet. Orpheus exultat gaudio, sed postea, dum procedit, incaute oculos vertit. Statim Inferorum regina feminam revocat; Orpheus flet atque plorat, sed frustra: nam sponsam retinere iam non⁶ valet.

¹ *poeta... clarus*: ordina: *poeta clarus sono lirae*. ² *Eurydice*: «Euridice», nominativo. ³ *lyra... cecinit*: «suonò... la lira». ⁴ *supplicia*: da *supplicium*, -ii, n. ⁵ *respicere*: «voltarsi a guardare». ⁶ *iam non*: «non... più», col verbo interposto.

44. De equo superbo et asino

Olim equus, ornatus freno aureo et sella pretiosa, occurrit,¹ in via angusta, misero asino. Asinus, lassus et onustus magna sarcina, viam dabat nimis lente superbo iumento. Tum equus asinum arroganter et minaciter obiurgavit. Miser asellus contumelias toleravit et tacuit, sed tacite deorum vin-

dictam invocavit. Haud multos post annos equus, exhaustus et debilitatus, macruit ob domini servorumque negligentiam; ita dominus eum² villae rusticae assignavit, ubi iumentum fimum portare debebat; sic iam non³ aurea ornamenta adhibebat, sed rustica et sordida. Olim asellus, dum pascit⁴ in prato finitimo, vidit equum iam aegrum et miserum. Tum sic clamavit: "Ubi sunt, amice, ornamenta pretiosa? Ubi superbia et arrogantia?"

¹ **occurrit**: «si imbatté in», col dativo. ² **eum**: «lo», compl. oggetto. ³ **iam non**: «non... più».

⁴ **dum pascit**: «mentre pascolava»; la congiunzione *dum*, quando indica contemporaneità di azione, si costruisce col presente indicativo.

45. De apro, equo et agricola

Aper et equus simul in prato pascebant; aper autem libere discurrebat, herbam proculcabat et rivi aquam equo turbabat. Tum equus agricolam vocavit et: "Agricola," inquit,¹ "aper herbam proculcat et aquam turbat; ideo auxilium praesta et aprum e pabulo expelle". Statim agricola equum conscendit, habenas frenumque imposuit et saepenumero aprum vicit ac fugavit; sed post victoriam equum in aream villae duxit ibique alligavit. Posthac equus habenas iam non deposuit, immo serviet in perpetuum agricolae.

¹ **inquit**: «disse»; è una forma di un verbo difettivo, usata frequentemente nel discorso diretto.

46. Daedalus et Icarus

Daedalus, eximius architectus, in Attica vitam degebat, olim autem Athenas relinquere debuit: exinde profugus in insula Creta vixit ubi Minos,¹ clarus locorum tyrannus, securum receptaculum praebuit. Architectus, valde gratus ob beneficium, Labyrinthum domino aedificavit, aedificium implexum maeandris; sed postea tyranni iussa violavit iramque excitavit. Minos igitur statuit Daedalum cum Icaro filio in Labyrintho relegare atque detinere. Dolebat ac misere flebat puer captivus. Tum Daedalus: "Cur ploras, mi care fili? Minos terrae pelagique tenet imperium, sed non caeli; caelum etiam nunc patet, ideo novam machinam inveniam ad fugam". Mox alas pennis et cera fabricant, tergo accommodant, laeti evolant. Puer laete alas agitabat, sed incaute ad astra nimis appropinquavit. Ignei radii ceram liquefecerunt et Phoebus, iratus, miserum puerum in undas praecipitavit. Daedalus contra² in Siciliam pervenit, ibique in Phoebi templo alas ex cera deo consecravit.

¹ **Minos**: «Minosse» (soggetto). ² **contra**: avverbio.

47. De Cyro et Scythis

Post innumeras victorias contra populos totius Asiae, Cyrus etiam Scythis bellum indixit. Copias in agros Scytharum duxit ibique castra posuit; postmodum autem fugam simulavit magnamque vini copiam in castris reliquit.

Tunc filius adulescentulus reginae Scytharum accurrit cum copiis et fugitivos laccessivit.¹ Sed postquam ad Cyri castra pervenerunt, Scythae, avidi et cupidi vini, biberunt affatim, nec adulescentulus, imperitus belli, prohibuit. At dum universi dormiunt, crapula oppressi, Cyrus, vir callidus et belli peritus, remeavit repente in castra, Scythas in somno oppressit interfecitque cum filio reginae.

¹ laccessivit: «incalzò».

48. De Romanorum vita

Antiquorum Romanorum vita integra ac modesta erat. Tunc non magnae divitiae erant, sed concordia et industria vigeant. Romae incolae enim non pecuniae, sed gloriae cupidi, in agriculturam incumbabant simulque arma tractabant. Privata domicilia parva et modesta erant, contra¹ excelsa et magnifica deis et deabus templa aedificabant. Incolae bonis amicitiae vinculis coniuncti erant et pater familias severum imperium in liberos² exercebat. Ubicumque regnabant parsimonia, iustitia, concordia, disciplina. Itaque Romani primum finitimos, tum multos alios populos superaverunt, atque magnum imperium creaverunt.

¹ contra: avverbio. ² in liberos: «sui figli».

49. Camillo salva Roma

I Galli, popolo di fieri barbari, abitavano la Gallia cisalpina; vivevano di prede e furti, e guerreggiavano spesso con i popoli confinanti. Una volta Brenno, avido di gloria e di bottino, condusse i Galli attraverso l'Italia nel Lazio; dopo un aspro combattimento presso il fiume Allia mise in fuga i Romani e assediò Roma con molte milizie e armi. Allora promise ai Romani salva la vita in cambio di (= *pro* + ablativo) una grande quantità di oro; ma i Romani invocarono l'aiuto di Camillo, uomo valoroso. Camillo accorse a Roma (accusativo semplice), piombò sui (*irruere in* + accusativo) Galli, (li) annientò, recuperò l'oro: "Non con l'oro", esclamò, "ma col ferro salveremo Roma!".

50. Fedro

Fedro era un abitante della Macedonia. Dopo la guerra contro i Romani venne a Roma (acc. sempl.) con molti altri schiavi, e fu schiavo di Augusto. Qui (= *Hic*) si segnalò per l'acuto ingegno e la grande sapienza. Ben presto (= *Mox*) acquistò una vasta conoscenza delle lettere latine. Fedro infatti era un poeta e componeva delle favole gradite non solo ai fanciulli e alle fanciulle, ma anche agli adulti. Nelle favole di Fedro troviamo ancor oggi meravigliosi insegnamenti e un grande desiderio di giustizia.